MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (TEIL I)

Zwettl, 1. Viertel 13. Jh. Seite 96r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31624
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



uerit sulcos. Dixitque patricius. Habeis huc ueni ... O ugo. uam
et murificam uisionem uidistis tua nec infugam uertitur. Nos sumus
boni aratores. quia .iiii. euglorum ... uidere bellum. Aratris corda
humana scindimus. et seminamus uerbum dei. et lacrudis doctrine.
Infine uero seculi uenient mali doctores malis hominibus et sentientes. quia
nostram doctrinam subuertent. et pene omnes homines seducent. Alia quoque die
quidam leprosus uenit ad sanctam brigidam rogans ut cum ea sua uestimenta
lauarentur aqua. Dixitque ei brigida. Faciam quod petis. Attamen leprosus non
habeo alia uestimenta. nisi propria mea lauentur. Dixitque brigida ad
unam puellarum suarum. Da uestem tuam leproso. donec uestes eius mun
dentur. Sed illa puella inobediens. fetore nimio et lepra percussa est
spatio unius hore. Alia uero puella dedit segnum suum leproso. Tunc leprosus
postquam exuit se uestimentis suis. mundatus est a lepra sua.
Inuenit .t. cepit sancta brigida cum puellis suis locum ecclesie. ac deinde xl me
penuria panis imminebat. Quadam autem nocte. viii. uiri fures
uenerunt ut furarentur. iiii. equos quos brigida cum suis habebat. Tunc
uirginum una que erat sine somno dixit ad brigidam. Ecce nostri furto
tollentur. Dixit brigida. Sine. ego sentio plures et fortiores nobis sunt.
qui auferunt eos. Tunc fures ablatis. iiii. equis exierunt ad domum cuiusdam
uiri habitantis in proximo loco in plebe. et introierunt in horreum
illius. et inuenerunt in eo .xl. modios seminis uentilatos. et fura
ti sunt totum hoc numerum modiorum portantes in .iiii. equis. et propriis
humeris suis. et uenerunt ad habitaculum uirginum. Putantes enim se ad
propriam domum uenisse. intrauerunt in paruum tugurium. alligantes
equos in angulo secreto et somno grauiter dormierunt post uigilias. Fac
to autem mane ecce uiri uenerunt a quibus grana rapta sunt ad habitaculum
uirginum. Dixerunt que ad brigidam. Fures furati sunt grana nostra. et duximus
uestigia furum et equorum usque ad ianuam uestri. Oramus ne celetis eos. Tunc
exiit brigida ad fures. et suscitauit eos dicens. Cur furtum attu
listis ad nos. illi autem dixerunt. Quia putabamus ad nostram domum ue
nire. Tunc sancta brigida misit ad sanctum patricium in proximo manentem.
Uenique ad eos sanctus patricius et fures liberati sunt et penitentiam egerunt. et alii
obtulerunt sua grana brigide suisque uirginibus. Sciebat enim quod a deo
donata essent uirginibus. Sanctus patricius quadam die predicabat uerbum dei
tribus et sancte brigide. Tunc uiderunt nubem magne claritatis descen
dentem de celo. intrauit caliginosam die pluuiali. et coruscantem in
mensofulgore. et stetit modico spacio temporis in loco propinquo iuxta
turbam illam. Et post hec exiit ad arcem ledchlad uero sepultus est patricius.
et diutius ibi morata euanuit. Et non audebant turbe interrogare
patricium episcopum quod significaret ista uisio mirabilis. sed sanctam brigidam
interrogauerunt. Dixitque brigida. Interrogate patricium. Audiens pa
tricius dixit. Tu et ego equales sumus. Reuela hoc eis misterium. Dixitque brigida.
Nubes illa ut putamus spiritus est patris nostri sancti
patricii. qui uenit ad uisitanda loca uero corpus eius requiescet post exitum et
sepelietur. Nam in loco propinquo modico corpus eius requiescet. et post hec
portabitur et sepelietur in arce letglaisse. et ibi usque ad diem iudicii
corpus eius permanebit. Tunc dixit patricius ad brigidam. ut suis manibus faceret
linteamen quo corpus eius post exitum tegeretur. optans ut ex illo linteamine
ad uitam resurgeret eternam. et sic brigida fecit linteamen. et in eo sancti pa
tricii corpus inuolutum est. et in loco constat. Erat quidam homo nobilis et diues
atque bonus in campo meche qui habebat dolorem grauissimum et pestem.
quem non potuit curari ab omnibus medicis. Misitque ad sanctam brigidam ut
ueniret ad se. et illa uenit. Cum ergo domum illius uidisset a longe. stet
it et dixit. Aquecumque parte uenit uenit ad domum istam. infert secum
maledictionem. et morbum ad uirum istum. Hoc audiens ille dixit
Nulli hominum feci malum. nec clericis. nec fabris. Tunc armentarius eius dixit. Au
diui omnes in circuitu tuo quasi uno ore te maledicentes. eo quod agro
las tuos sepibus munias. Commutauit omnes uias planas et rectas
in cola. in asperas et spinosas. Hoc audiens sancta brigida ait. Hec est
causa dolorum. Tunc omnes uie conuerse sunt in uias planas. et omnes uiatores bene
dicebant illi. Et hoc sanatus est. dolor et brigide gratias egit.
Quadam autem die sancta brigida sedebat in latere oppidi cum puellis
suis. et uidit duos uiros plenum uas aque secum portantes.
Cumque appropinquassent postulauerunt a brigida aquam benedici. et
illa benedixit aquam et uiros. Euntibus autem illis contigit ut uas illud ca
deret intra. superlatus suum. et non fractum est illud uas. neque effusa est
aqua quam sancta brigida post benedixit. Iussit autem sanctus patricius aquam illam seruari.
et ecclesiis omnibus illius regionis diuidi. et ut eucharistia sanguinis
ad mittentur. ut aspergerentur eger de illa aqua in sanitatem. Et ita fac
tum est. et laudauerunt dominum et brigidam. Misitque sancta brigida ad
sanctum patricium. ut sibi predicaret uerbum dei. Dum ille cum discipulis suis. et
illa cum puellis suis in unum conuenerunt. patricius per tres dies et noctes
non cessauit loqui. non sol occidit eis. sed omnes putauerunt unam horam esse.
Quidam autem ignarus rerum aliunde superuenit sancto patricio dixit. Quid
tanto tempore hic sedetis. patricius R. Que est hora die nunc. Ille R.
Per tres dies hic mansistis. Dixit patricius. Per .xl. dies et noctes hic fuissemus.
nam aliquis extrinsecus uenisset nullam lassitudinem uel esuriem sentiremus.
diuina donante gratia. Tunc omnes ad sua reuersi sunt. Post hec omnia uenit
sancta brigida ad campum breg. Cumque ibi habitaret in ecclesia. uenit
ad eam uxor filii conallis regis. ut deum rogaret pro se quia sterilis erat.
secumque portauit fiala argentea. sed tamen brigida non exiit ad salu
tandam illam extra ecclesiam. sed puellam misit. Tunc puella ad brigi
dam dixit. Cur deum non rogas pro regina ut filium habeat. cum sepe rogas
pro uxoribus plebeiorum. Dixit brigida. Quia plebei ecclesiam seruiunt deo.
omnesque patrem poscunt. Filii uero regum serpentes sunt. et filii sanguinum. filiique
mortis. exceptis paucis electis a deo. Sed tamen quia adiuratur nos re
gina. uade et dic ei semen habebit. sed tamen sanguineum. et maledicta
stirpis erit. et multis regum tenebit. et sic fecit. Quadam autem die oc
currit sancte brigide quidam insanus de loco ad locum transcurrens furore
agitatus. qui affligebat omnes ambulantes per loca illa. Dixitque ad eum
sancta brigida. Predica mihi uerbum domini .i. Christi. Insanus dixit. O sancta brigida
ugo. tua iussa implebo. Ama deum et amabit te omnes. honora deum
et honorabit te omnes. time deum et timebit deum omnes. Et cum hec dixisset.
cum clamore fugit. Inuenit .t. uenit ad brigidam in uia ambulan
tem conaldus filius neil. et dixit ad eam. O sancta brigida ugo benedic me dili
gentem. ne me occidat frater meus corporeus qui me odit. Dixitque brigida.
Benedicam tibi. tua familia precedat. et sequentur nos eos. Non enim
decet nos ambulare cum eis. Tunc illi precesserunt. Et cum omnes per collem
ascenderent. dixit una ex uirginibus ad brigidam. heu brigida quid fa
ciemus. Ecce corporeus post nos uenit. et isti duo fratres nunc mutuo se
iugulabunt. Ait brigida. Non sic faciet nobis deus noster. Et cum ue
nisset corporeus dixit. O sancta brigida benedic me. quia in his locis